184

in ultimum decidere contemptum extreme dementie est. nec
potest aliquid huic malo conferri; Si credentes non credentib;
similes sumus; Quin immo in illis non pauci reperti sunt qui in hac uita
anime uirtutib; floruerunt, & que nobis erit excusatio quid solacii cum
die iudicii isti nobis producantur ad exemplum; tum praeterea uidemus non
nullos negoti atorum incedisse naufragium & uniuersam perdidisse sub
stantiam nec tam pro hac delectasse & recedisse. Sed rursus adgres
sos eandem uiam adq; eadem exercitia reparasse; & illi quidem damna
haec non desidia animi sed uentorum uiolentia pertulerunt; Nos autem qui
certissimi de fine rerum & manifeste nouimus quia si uolumus neq; naufra
gia anime neq; damna poterimus incurrere, quomodo non arripimus de
nuo priora exercitia & negotia que neglegenter amisimus reparamus?
sed iacebimus resupini & desideres & manus otiosas plicabimus ad pectus; & uti
nam otiosas & non operantes in perniciem nostri quod est utiq; euidentis in
saniae, uelut si quis uerbi causa pictarum derelicto aduersario in suum caput ma
nus conuertat & suum uerticem cedat, pepulit nos diabulus & elisit oportet
utiq; resurgere & rursus stare contra eum. Nam si semel deiectus non solum
nobis a terra resurgere sed et ipsum precipitare, hoc e iuuisse aduersarium
& partib; eius fauisse, Nam & beatus dauid cecidit eodem casu quo & tu nunc, & non
hoc solum sed & aliud illi addidit grauius. homicidium enim coniunxit adulte
rio. & quid post haec numquid permansit iacens? Nonne surrexit & iterum ste
tit contra inimicum & iterum eum subegit ut etiam post mortem merita eius profu
erint posteris suis, Nam salomon cum inmane illud admisisset scelus & dignus
mille mortib; haberetur propter dauid tam conseruum sed non regnum eius
integrum dicit, Ait enim scindens scindam regnum de manib; tuis & dabo illud
seruo tuo. uerumtamen in dieb; tuis non faciam propter dauid patrem tuum sed de ma
nib; filii tui accipiam illud, sed & ezechias cum in pericula extrema uenisset & quam
uis et ipse esset iustus tam pro beato dauid dicit se dominus ei auxilium allaturum. Ait
enim protegam ciuitatem hanc & saluam faciam eam propter me & propter dauid
puerum meum, Uides quanta uirtus paenitentiae? uides quantum meriti
conuersio reparauit, quod si uolueris & tu ille haec cogitare qua & tu nunc anime
geris & dicere quia inpossibile est iam mihi propitium fieri dominum; honorauit
me enim honore ingenti & prophetica mihi gloria contulit. regni & etiam magnificen
tiam dedit a periculis quoq; me innumeris eripuit & quomodo potero cum post
haec tanta eius beneficia deciderim & offenderim adq; in ultima flagitia

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0373